296

tempus vel si opus fuerit medio iuramento facere sub vadio centum quinquaginta flor. [illegible]. pro quo quidem vadio per fatus inscribens cum suis successoribus citatus, extunc a iure foro suis propriis quibusuis recedendo coram Castren. capitaneali praemisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefato vadio omnibus exceptionibus legalibus impedimentis cautionibus praescriptionibus suspensionibus, terrae vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, motionibus appellationibus quibusuis praesequentibus, ad quittationem dilationem non petitis. poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus poenis dilationibus iurisque remediis semotis et in parte recti satisfacere cum suis posteris tenebitur quando opus fuerit tenebitur. nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Kormaniczki inscribit se Kuropatnicski

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. praemisliensibus Generosus Georgius Kormaniczki olim Generosi Stanislai Kormaniczki filius a iure foro suis propriis quibusuis recedendo, praesenti vero Castren. praemisliensi iurisdictioni se submittens et bona sua omnia quo ad actum praesentem incorporando et subiiciendo publice recognouit. Quia se et suos successores super omnibus bonis suis nunc et in post habitis in manus Generosi Nicolai Kuropatniczki et eius successorum inscribit et obligat. quo ipsi frumenta diuersi generis et granum in predio villa Grosina existentia, ipsi per Generosum Nicolaum [illegible] dapiferum terrae [illegible] qui bona praefata iure arendae possidebat cessit et in possessionem tradidit nec per se nec per suas submissas personas recipiet immo ipsum ad illam Kormaniczki subditis suis de eadem villa Grosina eruebit, exceptis quinque acris avenae et uno acro siliginis quos praedictus Kuropatniczki eidem Kormaniczki donat, idque sub vadio quingentorum flor. pecuniae in effectu completionis praemissorum ad soluendum currentis. pro quoquidem vadio praefatus inscribens cum suis successoribus per eundem Kuropatniczki citatus, extunc a iure foro suis propriis quibusuis recedendo coram Castren. capitaneali praemisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere ac pro praefato vadio omnibus exceptionibus cautionibus, praescriptionibus, suspensionibus terrae vel simplici infirmitatibus, actione pro maiori, legalibusque quibusuis impedimentis, motionibus appellationibus quibusuis praesequentibus ad quittationem dilationem non petitis. poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus poenis dilationibus iurisque remediis semotis et in parte recti satisfacere cum suis posteris tenebitur quando opus fuerit tenebitur. nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Kormaniczki quittat matrem

297

Coram officio et actis praesentibus Castren. praemisliensibus praesens stans Generosus Georgius Kormaniczki olim Generosi Stanislai Kormaniczki filius, foro suo quouis proprio et competenti omnisso, huic vero praesenti Castren. praemisliensi iurisdictioni se submittens et bona sua omnia quo ad actum praesentem incorporando, publice recognouit. Quia illi Generosa Catherina de [illegible] primum nuptiarum olim praefati Stanislai Kormaniczki relicta, secundum vero Generosi Nicolai Kuropatniczki [illegible] consors mater sua, pro omnibus rebus mobilibus quorumque nomine et cognomine nuncupatis nullis penitus exceptis et exclusis, morte olim praefati Stanislai Kormaniczki derelictis, quorum ipsa [illegible] informatrix et administratrix [illegible], solutionem sufficientem et omnimoda satisfactionem et in omnia illi restituit. Cum curui quidem satisfactionis et restitutionis eandem praefatam et in rebus praedictis omnibus quittat liberam facit, sibi et suis successoribus pro praemissis perpetuum imponendo silentium. Nihilominus praefatus Georgius Kormaniczki se et suos successores super omnibus bonis suis obligat et inscribit praesentem inscriptionem ex his actis ad acta terrestria praemisliensia ante [illegible] anni transferre transportare similiterque vel si opus fuerit medio iuramento facere sub quingentis [illegible] ad complendum vel corporali iuramento taxanda. pro quibus quidem Kormaniczki cum suis [illegible] si [illegible] Georgius Kormaniczki cum suis posteris citare praemissa stare praedicta mater sua et eius posteris citare, extunc a iure foro suis propriis quibusuis recedendo coram Castren. capitaneali praemisliensi officio in primo citationis termino tanquam peremptorio stare parere respondere, ac pro praefatis poenis omnibus exceptionibus cautionibus praescriptionibus suspensionibus legalibus quibusuis impedimentis, motionibus appellationibus quibusuis praesequentibus. poena trium marcarum et triplici poena ac aliis omnibus generaliter dilationibus iurisque remediis semotis et in parte recti satisfacere cum suis posteris quando opus fuerit tenebitur. nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante.

Kuropatniczki cedit de iure Kormaniczki

Comparens personaliter coram officio et actis praesentibus Castren. praemisliensibus Generosus Nicolaus Kuropatniczki de [illegible] [illegible], a iure et districtibus [illegible], mente et corpore sanus existens, a iure [illegible] suis quibusuis propriis ac foro competenti recedendo, praesenti vero Castren. praemisliensi iurisdictioni se submittens et bona sua ad hunc actum effectumque totius inscriptionis praesentis attinet incorporando et subiiciendo publice per expressumque recognouit. Quia de omni et [illegible] cum suo ac inscriptione, qua Generosa Catherina de [illegible] primum nuptiarum olim Generosi Stanislai Kormaniczki relicta, secundum vero consors sua legittima, cum ipsius personali [illegible] Generosa Margaretha filia olim praefati Stanislai Kormaniczki